



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Vita tenax,tanto suspensi tempore lucri.  
 Nullus terror erat,quod si qui debita lœto  
 Iura darent,ferrentq; assuetæ funera mortis,  
 Perpetuam interimi fragili cum corpore vitam  
 Credebant;æui sic cunctis nulla futuri  
 Spes inerat,solusq; sibi fundauerat omnem  
 Sensibus in cæcis periturus mundus amorem.

## C A P V T . I I I I .

**T**Empore quinetiam peccatrix terra sub ipso  
 Gigantes. **T**Nutribat sæuos immania monstra gigates.

Nec tamen effari solitum quo semine cretos.  
 Cōmuni cunctis ortum de matre ferebant:  
 Qui genus,vnde patres,prohibēt archana fateri,  
 Si speciem quæras humani corporis illis,  
 Plus vultus quam forma fuit:sic linea membris  
 Cōueniens,hominem monstrabat,dissona molē.

*Commenta  
Græcorū de  
gigantibus.* Quapropter deinceps cōmentis Græcia fictis  
 Dedecus infandum massis informibus auxit:  
 Et portentosis descripsit corpora membris:  
 Pube tenus quum formaviri,quū corporis ima  
 Supplerent vasti mixto pro crure dracones,  
 Artus semi hominū patulis qui faucibus,imo  
 Integros viuosq; homines crudo ore vorarent.

Tunc

Tunc etiam aiebant diro terrore, tonanti  
Blasphemis cœlo conuicia mittere plantis  
His similes mendax Phlegræi fabula belli.  
Excussas finxit iecisse per aëra rupes:  
Pro telis, spaciofa manus quas turbine mentis  
Sparscerit, & missis cœlum quassauerit aruis.  
Hæc sunt priscorum que de terrore gigantū  
Carmine mentito grañ cecinere poëtæ:  
Qui cœlum aduersus prauis contendere factis  
Institerint, nec iam missis configere telis  
Quum possent, diris agitarint prælia votis.  
Mōtibus impositos nec enim fas credere mōtes,  
Hoc tamen & deinceps illos tentasse putabo  
Qui coctos lateres, lentoq; bitumine iunctos Gen.11.  
In sublime ratí manib; sic posse superbis  
Sustolli, & celsas in sidera surgere moles;  
Quum fureret mortale genus, cassoc; labore  
Irrita consensis cōmenta inferret in altum  
Nubib; & refugum sequeretur machina cœlā  
Non prius absistens, subitas discordia linguas  
Quām daret; & varius confunderet oīa sermo,  
Hinc sparsum fœdus diuisa lege loquendi  
Quod scelerum assensu turbata superbia rupit.

Sic in

Sic interrupte perierunt culmina massæ:  
 Effectuq; carens cessauit in ethere turris.  
 Hec post diluuium: nam quātas tempore prisca  
 Pressa gigantēas tellus produxerit arces,  
 Atq; lacessitis contēptum immiserit astris,  
 Abstergente Deo dira eluuione docemur.

## C A P V T      v.

**C**Ernebat patiens iādudū insana furentes  
 Terrarum populos hominū rerūq; creator,  
 Expectans siquem vani consortia mundi  
 Linquentē melior moneat resipiscere cura:  
 Sed cōiuratus (post quā percurrere coēptū est)  
 Perditionis iter statuit, sensuſq; per omnes  
 Obtinuit victor peccati insignia mundus.  
 Nec reuocare gradum à vicijs, gressumq; referre  
<sup>Poenitet meſe</sup> Cuiquā erat in votis: id tandem exhorruit auctor.  
<sup>ciffe eos.</sup> Pœnituitq; illū miseri quē fecerat orbis.  
<sup>Gene. 6.</sup> Tum tales tonuisse minas cōmotus ab alto  
 Fertur, & excitas laxasse his vocibus iras.  
 O nullis illecta bonis, nullisq; repressa  
 Legibus, antiquo tantum submissa draconis  
 Effera gens hominū, ducto corruptior æuo.  
 Non Euam cecidisse fateſt, transcendit omni  
 Crimine